

cum, dum in carne sunt, viuere coguntur, quos etiam nulla equa & iusta ratione placare possunt, ut & ipsi rectè dicere queant: *Habitamus cum tabernaculis gedar, & anima nostra admodum diu moratur cum illis qui pacem oderunt.* Itaq; cum eiusmodi sit in hoc seculo filiorum Dei, electorum ac credentium cōditio: quid restat aliud, quàm vt iuxta admonitionem Christi, patientiæ beneficio perdurent, & animas suas conferuent, donec tandem prorsus liberentur?

OBSER.
Vers. 16.

Ego pacem.] Obserua hunc locum de piorum & impiorum discrimine. De impijs versu præcedenti dixit: *Cum his qui oderunt pacem.* Hic subiungit: *Ego pacem quero.* Deinde: *Cum loquor, illi mouentur ad bellum.* Itaq; sic comparati sunt impij, quorum corda sicuti mare feruent, vt rectè **וישי**: id est, inquieti homines in Scripturis vocentur, vt non solum pacem turbent, sed & pacem odio quodam prosequantur. Contrà, pij non solum pacem non turbant, sed & diligunt, pacem, vtpote verè pacis alumni, & ad sempiternam pacem ab æterno destinati. Deinde pij, etiamsi videant sibi negocium esse cum hominibus malis & pacis osoribus: nihilo tamè minus, quantum in ipsis est, ferociam illorum, si non cōpescere, saltem aliquousq; verbis amicis & pacis cōmodis mitigare conantur. Id innuit Propheta, cum dicit: *Et cum loquor.* Sic etiã admonet Apostolus Rom. 12. Impij verò contrà sic sunt intractabiles, & ad malitiam irritabiles, vt etiã amico alloquio ad ingenium malitiosum & peruersum prouocentur. Quapropter si quisquam est, quem ista malorum hominum peruersitas turbat, sequatur Prophetæ exemplum, queratur de illa in conspectu Domini: & sicut illi in malitia sua perdurantes, nulla ratione ingenium putant, ita ipse in bonitate & pacis studio perseverans, nullo pacto ab ingenio filiorum Dei discedat.

PSALMVS CXXI.

CANTIGVM GRADVVM.

ARGVMENTVM PSALMI.

Summa huius Psalmi est, à solo Deo petendum esse auxilium, & ab illius pendendum prouidentia.

VERS. I.



LEUO oculos meos ad montes: vnde veniet auxilium meum.

2. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.

3. Non dabit ad cōmotionem pedē tuū, nō dormitabit qui custodit te.

4. Ecce non dormitabit, nedum dormiet, qui custodit Israël.

5. Dominus custodiet te, Dominus umbra tua, ad manum dextram tuam.

6. Per diem sol non ledet te, neq; luna per noctem.

7. Dominus custodiet te ab omni malo, custodiet animam tuam.

8. Dominus custodiet egressum tuum & ingressum tuum, ab hoc tempore & vsque in seculum.

LECTIO. *Non dabit.]* Græc. & vulg Lat. legunt optandi modo: *Non det, neq; dormitet.* Et infra versibus 7. & 8: *Verf. 3. Dominus custodiat te, custodiat animam tuam, custodiat egressum tuum, &c.* Sic & Hieron. & Iustinian. Reliqua fatis concordant.

EXPLANATIO. *Leuo oculos meos.]* Scio Dauidem Kimhi Ebræum sic exponere, vt ista dicantur ad similitudinem speculatoris, qui in sublimi specula constitutus, in longinquum speculatur, vnde nam aliquid auxiliij veniat. Atque ideo quod in textu est: *Leuo oculos meos אל ההרים*: id est, ad montes, legendum **על ההרים**: id est, supra montes, vel in montibus. Verum meo iudicio nulla est hinc necessitas, vt **אל** legamus pro **על**. Pijssimus rex, cum ad bellum egredere, oculos suos ad cælos leuabat, vnde corde auxilium & quærebat & sperabat. Huius vox primis duobus versibus exprimitur: *Leuo, inquit, oculos meos ad montes: id est, cælos: vnde veniet auxilium meum?* Per interrogationem legatur. *Auxilium meum à Domino sit, inquit, qui fecit cælum & terram: hoc est, qui cæli & terræ Dominus est, & solus verus Deus, solus etiam auxiliator in omnibus.*

Verf. 3. 4. 5.
6. 7. & 8.

Non dabit ad commotionem pedum tuum.] Quæ sequuntur, ad finem vsq; Psalmi, verba sunt sacerdotum ac populi, bene ominantium regi suo, & expeditionis eius, propositum spe & fiducia diuini auxiliij corroborantium. *Non dabit, inquit, ad commotionem pedem tuum.* Quasi dicant: Quoniam hac fide & spe expeditionem hanc in hostes nostros moliris, quòd Dominum cæli, ac terræ conditorè auxiliaturum tibi confidis, hac fide cōfidenter egreditor, haudquaquam enim permissurus est, vt pestuus commoueatur: hoc est, vt subuertaris. *Non dormitabit, qui custodit te:* hoc est, Habes enim custodem non dormitantem, sed vigilem. *Ecce, non dormitabit, nedum dormiet, qui custodit Israël.* Quasi dicat: Israël's negociū agitur, & huius interest plurimum, vt expeditione vtaris omnium prosperissima. Is autem, qui custos est Israël's, non est oscitans, nedum dormiēs, sed omnium vigilantissimus. Hinc rursus securitatem promittunt, dicentes: *Dominus custodiet te, Dominus umbra tua ad manum dextram tuam:* hoc est, Sua te prouidentia sic diriget, vt vbi fortiter egeris in bello, habiturus sis eū ad dextram tuam, velut umbraculū, quo conserueris ab æstu. Respiciunt ad conditionem earum regionū, quæ admodum sunt calidæ, & bellantibus nimio Solis æstu molestissimæ. Vnde & Israël'em, cum in deserto moraretur, refrigeratio nubis comitabatur. Subijciunt igitur: *Per diem sol non ledet te.* & addunt de luna quoq;: *Neq; luna per noctem.* nam & huius frigus admodum est noxium illis, quibus est in castris & sub aperto cælo commorandum. Et vt summatim plenam custodiã Dei exprimant, qua sic custodiatur, vt nullo legatur incōmodo, addūt: *Dominus custodiet te ab omni malo, custodiet animam:* id est,

... tuam, ne h
... & ingre
... & futuro quo
... hanc modum vi
... peregre aliquo p
... facile crediderim
... Del com paruerint,
... in hunc vsum p
... rpatos.
... leuo oculos meos ad n
... inquit, leuo ocu
... oculis eorum, q
... & sublimes pote
... quam arcem il
... de semet auxiliu
... egredere, iudi
... possent, nimiru
... laborum principu
... futuram putant.
... auxilium meum à Don
... per: omnipote
... predicat, quòd
... & in terra. Re
... Deo considerantes
... 5. fecisse
... dabit.] Duobu
... niente nihil est in
... ipsius fiducia
... sunt obnoxij: pr
... ponitur hic Deus
... & c.
... Qui custodit Israël'em
... illud **אל שר**
... ego admonetur tu
... sunt comparati vt
... Dominus custodiet te.
... cubidiam Dei incul
... nois generis in com
... quorum innumera su
... ac reductione
... modanda Dauid
... qui ista fidelit
... Dauidis fidem, vt &
... Vm esset arca D
... tu est hic Psal
... commo dat us. E
... primis quæ, p
... AE
... 2.
... 3.
... 4.
... nomen Dom
... Quia tibi coll
... Optate pace
... Sit pax mar
... Propter frat
... Propter dom
... te poru tui.] Sic el
... Hieronymus.